



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

7 Vtrum Lucifer sit subiectum æui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

## QVODLIBET. V. ART. VI. & VII.

imagine Christi percussa miraculose fluxisse: vel F  
etiam alia ex corpore Christi.

Et per hoc pater responsio ad obiecta.

### ARTICVLVS VI.

Vtrum Christus maius dilectionis signum ostendit tradendo  
corpus suum in cibum, quam patiendo pro nobis.

Art. speciali  
ter.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus maius dilectionis signum nobis ostendit tradendo corpus suum in cibum, q̄ patiendo pro nobis. Charitas n. patriæ perfectior est, q̄ charitas via: sed beneficium illud quo nobis Christus contulit corpus suum dans nobis in cibum, magis assimilatur charitati patriæ, in qua plene fruemur Deo. Passio autem quam pro nobis subiicit, magis assimilatur charitati via, in qua nobis pro Christo imminet patiēdū. ergo maius est dilectionis signum, q̄ Christus corpus suum tradidit nobis in cibum, q̄ quod Christus passus est pro nobis.

**S**ED CONTRA est, quod dicitur Ioh. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

**R**ESPON. Dicendum, quod illud quod est potissimum in unoquoque genere, est mensura omnium eorum quae sunt illius generis, ut patet per Philo. in 10. Meta. potissimum autem in genere amoris hominū est amor, quo quis amat scipsum: & ideo ex hoc amore necessitatis est mensuram accipere omnis amoris, quo quis alium amat. Vnde & in 9 Eth. Philo. dicit quod amicabilia quae sunt ad alterum, veniunt ex amicabilibus quae sunt ad seipsum. Pertinet autem ad amorē quo quis amat seipsum, ut vult sibi bonum: vnde tanto aliquis alium magis amare probat, quanto magis bonum quod sibi vult, propter amicum prætermittit, secundum illud Prover. 12. Qui negligit dominum propter amicum, iustus est. Vult autem homo sibi triplex bonum particulare, quae sunt anima, corpus, & res exteriores. Est ergo aliquid signum amoris, q̄ aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur: maius autem amoris signum, si etiam corporis proprii detrimentum patiatur, vel labores, vel verbera pro amico sumendo: maximū autem dilectionis signum, si etiam animā suam deponere vel pro amico moriendo. Quod ergo Christus pro nobis patiēdo animam suam posuit, maximum fuit dilectionis signum. Quod autem corpus suum dedit in cibū sub sacramento, ad nullum detrimentum ipsius pertinet: vnde patet quod primum est maius dilectionis signum: vnde & hoc sacramentum est memoriale quoddam & figura passionis Christi, veritas autem præminent figuræ, & res memoriali.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q̄ exhibito corporis Christi in sacramento habet quidē figurā quoddam charitatis, qua diligit nos Deus in patria: sed passio eius pertinet ad ipsam Dei dilectionē, nos a perditione ad patriam reuocantem: dilectio autem Dei non est maior in patria, quam sit in præsenti.

### QVÆSTIO XIII.

### ARTICVLVS VII.

Vtrum lucifer sit subiectum æui.

**D**EINDE circa angelos quæstum est vnu. Vtrum lucifer sit subiectum æui. & videtur q̄ sic. Si-

cut subiectum temporis est primum temporalē simplicissimum, ita subiectū cui videtur esse simplicissimum æuternū: hoc autem est lucifer, qui inter angelos supremus fuit secundum suam naturā creatus. Alium autem non respondet gratia seu natura, alioquin corpora cælestia, que non sunt susceptiua gratia, quo mēsurari non possent, cum ergo bona naturalia integra remāserint in demonibus post peccatum, sicut Dion. dicit 4.ca.de diui. nomi. videtur quod æuum sit in lucifero, sicut in subiecto.

**S**ED CONTRA. A ēuum est quadam aternitatis participatio: sed angelī beati magis sunt in participatione aternitatis quam in lucifero, qui est beatitudinis expers ergo lucifer non est subiectum æui, sed magis supremus beatorum angelorum.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ ex ignorantia lingue grecæ provenit, q̄ communiter apud multos aut ab aternitate distinguuntur, ac si distinguuntur anthropos ab homine. Quod enim in grecō d. æuum, in latino aternitas, & sic etiam Dion. 10.c de diui. nomi. pro eodem vitetur aternitate & aeo. sed quia nominibus vniuersum est ut plures, si vtrumque distingamus ab inuicē, æuum nihil aliud est quam aternitatis participatio, vt scilicet essentialem aternitas ipsi Deo attributatur, æuum autem quasi participatio aternitas subtilitatibus spiritualibus, que sunt supra tempus, quia vero id quod per essentiam dicitur, semper est mensura ipsius quod dicitur per participationem, potest dici q̄ prima mensura omnium generum est ipsa Dei aternitas: sicut etiam subtilitas Dei est mensura omnis substantiarum, ut dicit Committator in 10. meta. Si quis tamen uult accepere mensuram homogeneam, id est, eiusdem generis, dicit quidam, quod non est una mensura communis, sed quodlibet æuternus habet suum æuum, sed huius primam vocem ignorauit. Sic enim esse verum quod dicitur, si omnia æuternā essent æquata. Sic enim vnum eorum non esset mensura alterius: hoc autem non est uerum, quia in angelis est accipere primum, medium, & ultimum non solum secundum diversas hierarchias & ordines, sed etiam secundum diversos angelos in eodem ordine, ut patet per Dionys. 10. capitu. caelis Hierar. Et quia semper illud quod est simplicissimum, & mensura eu, non solum quantum ad eum d. substantiam, sed etiam quantum ad operationem. Vnde in libro de causis dicitur, quod sunt in membris aternitatis secundum substantiam & operationem, & sic oportet, quod ille angelus qui est subiectū æui sit simplicissimus, non solum quantum ad essentiam, sed etiam quantum ad operationem. Talis autem est supremus omnium angelorum honor, cuius operatio maxime est in vno, quod est Deus, uita. Vnde supremus omnium angelorum est subiectum æui, non autem lucifer.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod aliqui posuerunt luciferum non fuisse supremum angelorum: sed sicut Damasc. dicit, fuit primus eorum qui prærant ordinis terrestri. Si vero concedamus secundum Gregorium, quod fuerit supremus omnium, tunc dicendum est, quod sua operatio aeuera est ab uno primo, & conuersa ad multitudinem

## QVODLIBET. V.

nem inferiorum rerum, quarum primatum appetit, & secundum hoc demones decidunt a summa simplicitate æui. Vnde Dion. dicit 4.c de diu. nomi. quod demones dicuntur mali, propter hoc φ infirmantur circa operationem naturalem.

## QVÆSTIO V.

**D**EINDE, quæstum est de hominibus. Et primo, Quantum ad ea quæ possunt omnibus esse communia.

**S**econdo, Quantum ad ea quæ pertinet ad quosdam horum status.

**C**irca communia vero, quæstum est qua-  
drupliciter.

**P**rimo, De his quæ pertinent ad naturam hominis.

**S**econdo, De his quæ pertinent ad sacramenta.

**T**ertio, De his quæ pertinent ad virtutes.

**Q**uarto, De his quæ pertinent ad præcepta.

Circa primum quæsta sunt tria.

**P**rimo, Quantum ad personas hominum, vtrum scilicet si Adam non peccasset, idem homines numero saluantur, qui nunc saluantur.

**S**econdo, Quætum ad intellectum, vtrum, scilicet verbum cordis sit species intelligibilis.

**T**ertio, Quantum ad voluntatem, vtrum scilicet ea quæ per timorem sunt, sint voluntaria.

## ARTICVLVS VIII.

**V**trum si Adam non peccasset, idem homines numero salarentur, qui nunc saluantur.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur quod si Adam non peccasset, non idem homines numero saluantur, qui nunc saluantur. Si enim Adam non peccasset, soli electi nascerentur. ergo non sufficiunt nisi illi peccatores qui finaliter sunt reprobati, & per consequens nec eorum filii, quia si non sunt idem patres, consequens est neque filios esse eosdem: multi autem nunc saluantur ex rebus parentibus natu. ergo si Adā non peccasset, non idem saluantur, qui nunc saluantur.

**P**2 Præt. Secundum Philosophum semen est superflū alimenti: sed alij cibis homo usus fuisset in paradiso si non peccasset ab his, quibus nunc vitetur. ergo aliud fuisse semen, & per consequens alij filii.

**S**ED CONTRA est quod Greg. dicit 4.mora. Si pri-  
mum parentem nulla putredine peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret: sed hi qui nunc per redemptorem saluandi sunt, soli ab eo electi nascerentur.

**R**ESPON. Dicendum, q̄ cū in generatione homini sicut & aliorū animalium, semen patris sit agēs, materia vero a matre ministrata sit sicut patiens, ex quo corpus humānū forma formatur, impossibile est eundem filiū nasci siue sit alius pater, siue sit alia mater: sicut et non est idem numero sigilli siue sit alia cera, siue sit aliud corpus sigilli, ex cuius impresione cera sigillatur. Et quām superflū alimenti sit semen secundū Philosophū, diversitas tñ alimētorū non sufficeret ad diuersificādum filios qui ex semine nascunt, quia ex illis cibis non sumuntur se-  
men, nisi quatenus aliqualiter in substantiam paren-  
tum conseruantur. Dicunt quidā sequentes Ansel.  
quod si homo nō peccasset in illa prima tentatione,

## ART. VIII. ET IX.

34

A statim confirmatus fuisset & ipse, & omnes qui ab eo nascerentur, ita quod omnes qui nascerentur, fuissent electi. Vnde cum nunc multi qui saluantur, ex peccatoribus nascantur, sicut in obijciendo tangebatur, consequens est quod essent alij parentes saluandorum, & per consequens alij filii. Sed hæc positiō non videtur esse vera, quia secundum Aug. 14. de ciuit. Dei. Status corporis in homine proportionabiliter responderet statui animæ. Quamdiu ergo homo habuit corpus animale potens mori & nō mori, indigens alimentis, tandem habuit animā potenter peccare & nō peccare: habuit autē corpus animale quando fuit in statu generandi, qđ erat in fuisset, si post illam primam tentationē non peccasset: & ideo possibile fuisset, si primus homo itic nō peccasset, p̄terā ipse, vel eius posteri postmodum d. 27. peccarent, vt Hugo de sanct. Victore dicit. Vnde ex hoc non sequitur parentum diuersitas, quod nunc sunt aliqui peccatores: tunc autem non essent, sed est aliud, vnde necessit̄ est ponere diuersitatem parentum, quia in primo statu unus homo nō habuit sed plures uxores, nec erat aliqui ex fornicatione, vel adulterio nascerentur, quod nunc cōtingit erit in his qui saluantur. Multi n.filij unius parentis ex pluribus uxoribus nati saluantur, sicut pater de filijs Iacob. Multi etiam ex fornicatione, vel adulterio nati, alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur. Vnde relinquitur, quod aliqui nunc saluantur, qui si primus homo nō peccasset, non nascerentur, & per consequens non saluantur: nec tam ē Dei prædestinatio falletur, quia Deus prædestinavit homines habens sciētiā futuri eventus. Quod vero Grego. dicit, qđ si primus homo nō peccasset, nequaquam ex se filios gehennæ generaret, indubitanter verum est. Non n.in filios transfundet pecatum originale, fm quod homines filij irā nascuntur. Quod autem subdit, qđ hi soli qui nunc saluanti sunt, nascerentur, intelligendum est quod pronomen facit simplicem demonstrationem, quia s.filiū electi nascerentur quantum est ex ratione originis, non autem demonstrationem personalem, quia alia persona essent hominum qui saluantur.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

## ARTICVLVS IX.

**V**trum verbum cordis sit species intelligibilis.

**A**D SECUNDVM sic procedebatur. Videatur Q̄ verbum cordis sit species intelligibilis. Verbum enim cordis est, que intellectus vider: hoc autem est species intelligibilis. ergo verbum cordis est species intelligibilis.

**P**2 Præt. Cognitio intellectua a sensu oritur: sed illud quod sensus sentit, est species intelligibilis. ergo verbum cordis quo intellectus intelligit, est species intelligibilis.

**S**ED CONTRA. Verbum cordis interius est quod exteriori verbo significatur: sed verbum exterius non significat speciem intelligibilem. ergo verbum interius non est ipsa species intelligibilis.

**R**ESPON. Dicendum, qđ secundum Aug. 15. de Trini. Verbū cordis importat quoddā procedēs a mente, siue ab intellectu. Procedit autē aliquid ab intellectu, inquantum est constitutum per operatiōē ipsius. Est autē a duplex operatio intellectus secundū Philosoph. in 3. de anima. Vna quidā vo-  
catur indivisiabilit̄ intelligētia, per quam intellectus format in seipso diffinitionē, vel cōceptū alicuius incomplexi. Alia autē operatio est intellectus com-  
Quodlib. S.Tho.

E a ponen-

1. par. q. 14.  
a. i. & q. 14.  
art. 4. c. ad i.  
q. 85. art. 6.  
opus 33. 6.

D. 43.  
tex. 50. 51.